

## Sermo

## LVIII

**Domini resurrectionis christi. Sermo. lviij**  
**Resurrexit non est**

hic Abar. xvj. et in euangelio hodierno. Adoptatum et desiderabilem finem religionis christiane hoc est ad resurrectionis gloriam contemplandam. In christo duce perducti sumus de qua decem contemplationes in presenti tractatu per ordinem distinguamus. Prima erit de resurrectione capitis domini nostri iesu christi. Secunda de resurrectione et perpetuitate mystici corporis iesu christi. Tertia de vniuersali regno et domino iesu filio dei. Quarta de gratia et gloria spirituum beatorum. Quinta de admirabili gratia et gloria virginis matris dei. Sexta de gloria substantiali seu essentiali animarum sanctarum. Septima de gloria substantiali corporum beatorum. Octaua de gloria accidentali que est in beatis. Nonna de exercitijs beatorum. Decima de facomanno paradysi. Resurrexit non est hic iterum ibi. S. Sicut enim Aug. in quodam sermone de pascale ait. Resurrexit christus exultet vniuersus mundus. Par etenim est ut sicut omnis creatura lucuago voluit ploratu in morte creatoris suis que funere noctis obscure profecta exequias in cruce morietis. Ita nunc triumphale ab inferis reditu leta suscipiat resurgens quia sic propheta ait. Hec dies quam fecit dominus et cultemus et letemur in ea. Ad primam igitur contemplationem que est de resurrectione capitis nostri mentis oculos eleuantes toto corde credere obligamur angelico verbo tanquam vnum de fidei articulis nunciatis surrexit non est hic. De qua resurrectione tria contemplantur ad presens. Primo resurrectionis christi necessitatem. secundo resurrectionis christi temporalitatem. tertio resurrectionis christi iocunditatem.

**Articulus primus quod triplici respectu fuit necessaria resurrectio christi.**

Primo contemplantur resurrectionis christi necessitatem. Secundo enim Alexan. de balis in. iij. dupliciter necessaria fuit. Primo viatoribus. secundo comprehensoribus. tertio addi potest quod quodammodo fuit necessaria damnatis.

**Christi resurrectio viatori-**

**bus necessaria fuit et maxime propter tria. Capitulum. j.**

Primo enim resurrectio christi fuit necessaria viatoribus propter tria. Primo propter iustificationem. secundo propter reconciliationem. tertio propter multiplicationem seu ampliationem hoc est propter gratiam acquirendam refozmandam et multiplicandam. Primo autem necessaria fuit propter iustificationem. Unde ait apostolus ad Rhoma. iij. Resurrexit propter iustificationem nostram. Et iterum. c. v. ait idem. Vos saluati sumus ab ira per ipsum. Saluatio autem est terminus a quo. scilicet a pena. Saluari vero in vita est terminus ad quem. scilicet ad vitam eternam. Unde glo. ibidem ait ut iuste viuamus qui aliter viuere non poteramus. Si igitur per animam solum descendentes ad inferos christus mortuus saluauit nos ab ira ergo ad saluandum in vita exigitur quod sit viuus ergo exigitur tanquam necessaria resurrectio eius. Secundo resurrexit propter reconciliationem. scilicet si casu iam iustificati iterum ceciderimus in peccatum. Hinc ad heb. ix. ait apostolus ut appareat vultui dei pro nobis. scilicet cum corpore et anima. ut oret patrem pro nobis. Et ideo quidam dicunt quod ipse quodammodo causa meritoria est ut omnipotens pater misereatur nostri. Tertio vero resurrexit propter multiplicationem seu ampliationem scilicet dispositionis ad suscipiendum gratiam et hoc est ex parte suscipientis gratiaz ipsaz hic tota humana natura ordinatur ad christum et postquam assumpta etiam a sanctis angelis magna ei reuerentia exhibetur. In cuius mysterium Apoc. xix. cum enim loquentes vellet angelum adorare ait ei angelus. Tunc de ne feceris quia conseruus tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium iesu propterea aduertendum est quod ipsa humana natura copiosiore gratiaz suscipere quam antea posset vnde in carnis assumptione huiusmodi dispositionem accepit. in passione vero maiorem dispositionem suscepit. sed in resurrectione etiam ampliore recepit. Hinc est quod in natura humana dispositio generalis amplior est ad gratiam ex natura eiusdem speciei que resurrexit in christo eo quod est gratior facta deo. propterea in credente est dispositio personalis. Hinc quod ait apostolus ad Rhoma. iij. Resurrexit propter iustificationem nostram mortuus est propter delicta nostra. quod quidem propter fidem atque dilectionem est dictum. Intelligen